





Q 3. 103 (1-48)

35

ORNATISS. GE
NERIS SPLENDORE
VIRTUTIS ATQUE ERUDITIO.
nis laude conspicuo Iuueni IOHANNI COPO iuniori,
confobrino suo carissimo : Sponso :

ET

LECTISSIMAE VIRGINI
MARTHAE, CL. ICT. DN. AND.
Czochij, Illustriss. Brandeb. Elect. à Consilijs,
& Academiæ huius Codicis Professoris
digniss. relictæ filiæ, Sponfæ,

Hæc Carmina
Gratulationis ergo consecras

GEORGIVS HENRICVS BOLFRÆ.
SIVS.



Francoford. March.
Excudebat Andreas Eichorn, Anno 1587.

ELEGIA DE CONIUGIO.



Ert̄a fides thalami quod foedera sancta iugalis,
Sint̄ res aethereo grata placensq; D E O.
Ipse etenim vult ut seruato quisq; pudoris
Thesauro : seruat vas in honore suum,
Et castam fugiat probra deformantia vitam,
Atque omni sceleris suspicione vacet.
Euitet poenas praesentes, tumq; futuras,
Stupra, D E I, casti Numinis ira, premit.
Ergo (velut monstrat nobis sacra pagina) primus
Legitimo iussit iure coire duos.
Ne procul a vero quondam calor actus aberret,
Mutuus at sancta lege ligetur amor.
Post Natum tali voluit de virginē nasci,
Que spem coniugij fecerat ante viro.
Ut sic letitiae decoraret iura iugalis,
Istaq; monstraret vincula placere sibi.
Quis furor ergo illos, & qua dementia cepit.
Vincula connubij qui subeunda negant?
Atq; ideò quod sint illis tot tristia sape
Iuncta: quot arborea fronde teguntur aues,
Turpibus interea gaudent ardescere flammis,
Sectantes vetiti furti nefanda tori:
Hos scopulis natos, nutritos lacte ferno,
Horum vel silices pectus habere puto.
Nam si non genus hoc prorsus laudabile vita,
Quo duo coniungi vir mulierq; solent,
Non illud summi Rex instituisse Olympi,
Lætifico tales cum dedit ore sonos.
Ergo viuet homo solus, calebsq; manebit,
Atq; illi vacuus compare lectus erit?
Non ita sed sociam vite formabimus ipsi,
Que sit solamen dulce futura viro.
Nec mora, cum castam de corpore sumit Adami,
Et creat huic Euæ membra tenella D E V S:

Atq;

Atq; viro sociam iungit, cui protinus illa
Adiutrix toto pectore facta fuit:
Quid referam? veluti multo præclarior inter
Cetera formosus Lucifer astra micat.
Sic status hic vite reliquos supereminet omnes,
Nam, cultura DEI Numina, corda parit.
Certafides igitur thalami quod iura iugalis,
Sint res æthereo grata placensq; DEO.

JOHANNI COPPEN
ET MARTHAE CZOCHIAE
Sponsis lectissimis.

*S*iqua meis unquam duxi celebranda Camœnias
Tempora: nunc tandem iustas occasio causas
Conciliat: sperata diu dum candida cœlo
Lux radios offert, qua se pulcherrima Nympha,
Nympha decens facie, pietate, & stirpis auita
Laudibus, egregio iuueni, quo clarior alter
Vix virtute fuit (namq; huic sua munera Pallas
Contulit, & sacros Themis haud inuidit odores)
Iungit: promta tori iam vincla subire iugalis.
Illi eximijs non nomina laudibus ornem?
Candida non votis genialis gaudia festi
Prosequar? atq; meum sic aquè tester amorem?
Iane faue: magni soboles præclara parentis,

A 2

Et

Et quodcunq; damus placido precor accipe vultu:
Lingua animo defit : nec si mihi guttura centum,
Si vox Threicij vatis, si Nestoris esset,
Te celebrare satis, satis aut tibi plaudere possem.

Vrbs iacet ad Viadri viridantes fluminis alnos,
Nobilis, & fama multas memorata per oras,
Vrbs non magna quidem, sed duit is ubere gleba
Vinetisq; potens , Franci tenuere coloni,
A quibus & nomen retinet, circundata sylvis,
Vmbrosisq; iugis, placido quam lumine Phœbus
Aspicit, & doctis sedem concedit alumnis:
Hic pridem senior præclaro sanguine cretus
Czochius Andreas, Musis exultus, & arte
Multiplicis Sophia & Themidos: mollissima sum-
Adiuit studio generosa cœpta iuventa, (mo
Ostendit q; viam sacrati ad mystica iuris,
Officijs mox inde suis sic præfuit aulae
Marchiaci Ducis, Arctoa qui regnat in urbe,
Vt laudē huic summātū nomina magna referret:
Calibis hunc vitæ postquam tæderet, & atas
Ipsa etiam matura annis iam deinde moneret,
Querere venturos qua cum traduceret annos.
Adiunxit sociam vitæ sibi: Grafenorum

Sanguine

Sanguine progenit am: pulchra qua prole parentem
Fecit eum , numerans prstanti corpore natas
Quattuor: harum unam solidas dū pectore vires
Viuis adhuc gereret , Legum iurisq; perito
Schulteto thalami genialis fædere iunxit,
Tres verò , ut triplices tandem eius fila sorores
Soluissent liquit : quarum qua maxima natu
BOfrasio nupsit iuueni : sed tertia fido
Quæstori, clara STephaniorum stirpe creato :
Splendidior verò ut quam cetera sidera fulget
Lucifer, & rursum quam Lucifer aurea Phœbe.
Sic illas inter , teneris qua iunior annis,
Martha verecundo splendet bellissima vultu:
Namq; (fatebor enim) geminū ceu lumina sidus,
Et digitos Diua dignos, & Apolline crines,
Aspicias : mollesq; genas & colla, decusq;
Oris, & in nubo mistum candore ruborem :
Qualis Vere nouo cum gleba resoluit ur, & iam
Prima redit Zephyris grata spirantibus, æstas,
Fragrantes tingit flores color , albidus una
Parte rubens alia, vel ceu solet una racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem,

A 3 Hanc

Hanc ut Koppiaco iuuenis de stemmate natus,
Incessuq; grauem, facieq; habituq; serenam,
Esse De&simelem vidit: mox pectore flammam
Concipiens, tacitos, afflante cupidine, sensit
Igniculos, tedaq; dari sibi iure petuit.

Postera vix prima lustrarat lampade terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Cum subito gaudens cithara, crinitus Apollo.
In viridem accuit sacras Helicona sorores,
Quas inter Venus & curru demissa per auras
Cernitur, & tenera ornat us sua tempora Myrtho
Os humerosq; Deo similis puer: (ipsa decoram
Nam genetrix nato faciem, lumenq; iuuent&
Purpureum, & latos oculis afflarat honores)
Ille humeris de more habilem suspenderat arcum,
Succinctus Pharetra, & cultis longo ordine telis:
Delius hac igitur solio sic orsus ab alto est.
Haud dubito Dina, memori quin mente repositum
Sit vobis, claro ut iuuenis de stemmate natus
Koppiaco, teneris nos sit veneratus ab annis.
Non modo Gorlicij: primis gustare labellis
Pegasei sacras ubi cœpit fluminis undas.

Verum

Verum et iam Viadri dum docta Lycea, celebris
Helmstadiqs, petit, nostri dulcedine captus:
Scilicet ut veterum tradentes scripta Sophorum,
Lustraret quod sacri diuina volumina iuris.

Hic, ut fama volans niueis pranuncia pennis
Aserit, eximiam genere ac virtute puellam
Nunc sibi connubio iungi, propriamqs dicari,
Expetiit, cum qua dulces traduceret annos:
Hunc ope si rursum nos destituisse velimus,
Ut noua iam teneras consumat cura medullas,
Tum retro Viader fluat, & sine frondibus omne
Stet nemus, & nudi maneant in littore pisces.

Ergo agite unanimes totis incumbite nervis,
Optatus tandem respondeat exitus illi,
Ne moriens cura extremitum tabescat inani,
In studijs verum, ut cœpit, sic pergit honestis,
Et viridi tandem redimitus tempora lauro
Magnificam referat largo cū fœnore laudem:
In primis molli stringens duo pectora nexit
Æqua Venus studeat, quo Nymphā, cuius amore
Flagrat inextincto, post hac sibi fœdere iungat.

Finierat: cunctaqs eadem simul ore fremebant:

Quos

Quos contra Venus haud elata fronte receptos
Prosequitur paucis, & amico pectore fatur.
Quicquid id est tandem Diua: nil iussa recuso,
Sic etenim omnipotens superū pater atq; hominum
Metedis, teneroq; Deam prefecit amori. (Rex)
Dixerat hæc ridens Venus, & conuersa tenebat
Ora: simul stupefact & omnes, & apertius ingens
Mirantur pietatis opus: mox illa per auras
Lapsa nouas artes versat, noua corde volutat
Consilia, ut casta tandem pia corda puella
Inflammans, imis mollem ossibus implicit ignem.
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.

Nate mea vires, mea sola & summa voluptas,
Nate vagas quatiens puer insuperabilis alas,
Vade age, cor nostrum, properes ad mœnia nota
Franckfurti: inuenies illic sine fraude puellam
Czschia ca de stirpe satam, qua fronte decora,
Non secus ac splendens rutilante Pyropus in auro
Enitet, & formare reliquas supereminet omnes.
Hanc adeas, vulnusq; noua modò leniter ictum:
Paret Amor dictis carogeneticis, & alas
Induit Idalias, liquidumq; per aera lapsus,
Sedibus

Sedibus optatis, & summi culmine tecti
Considens, unam tollit de mille sagittis
Et flexum validis incurvans viribus arcum,
Virgineos gracili telo transuerberat artus.
Nec mora (sic visum Superis) pia flamma puellam
Corripit, & sanctos animis accedit amores:
Qualiter à ventis alimenta resumere parua,
Ante latens, scintilla solet: Sic Nympha decenti
Vt iuuenem forma vidit, mox ossibus ignes
Concipit, & tacita serpunt in viscera flamma.

Iamq; dies iuscunda fuit: simul aurea clangor
Astra ferit, lituiq; vocant ad culta supremi
Templa Dei, binas quo mystes iungat ad aram
Mentes, sincero stabiles in amore futuras.

Ergo illis Phœbus decoratus tempora lauro,
Et circum docta, genus alto à sanguine Diuum,
Agmina cingentes, Musa, fragrantibus omnes
Crimibus ornata, fertisq; virentibus, omnes
Accincta pictis splendentia crura cothurnis:
Sic Hymenea chely resonant, sic carmina ludunt.

Salve ô progenies magni pie Iane parentis,
O decus & column stirpis, cui iungitur omni

B

Virtute

Virtute excellens nec non pietate nulla.
Salve iterum pie Iane tibi noua sert a paramus.
Vix etenim quisquam nemoris decerpere fructus
Dignior Aonij, tua quam pulcherrima coniunx,
Et tu Koppiaca flos optatissime stirpis.
Annue felici cæptis Deus omine tedis.

Tu quoq; Martha piæ soboles clarissima matris,
Sis felix, Ianoq; tuo diuturna voluptas,
Quam nullo turbent venientia secula casu.
Et prius aliq; des pascantur in aethere cerui,
Et gryphes iungantur equis : acriq; calore
Sirius exurat latices Aganippidos undæ,
Quam vestros inopina dies perturbet amores
Ante illos quam fatali pia morte resolvant.
Annue felici cæptis Deus omine tedis.

Iuppiter ecce tibi radijs pie Iane serenis
Nascenti arrisit : puerilibus oscula labris
Admorunt sacra Aonides : Phœbusq; dicavit
Ipse sibi proprium : nec non Citherea iugales
Confirmare potens thalamos, accedit amore
Nympham, secretos inspirans ossibus ignes.
Annue felici cæptis Deus omine tedis.

At

At Martham gremio Pietas excepit, adultam
Erudit sacra religio, mox aurea Pallas,
Et chorus eximius Charitum post, dotibus illam.
Excoluere suis, & adhuc comitantur alumnam:
Aspice quam roscus pulchro rubor emicet ore,
Quamq; decens facies? niuea quis fronte serenus
Sit decor, & forma splendens aspectus, & alta
Siderens ceruicis honos, qua flammula blandis
Fulguret ex oculis, quam deniq; corpore toto
Hac faciem Triuia superet formamq; Diana:
Qualis in exculto genialis Amaracus horto
Surgit, & Ambrosium latè diffundit odorem:
Sic tenera vernans iuindo flore iuuent &
Martha nitet, mollesq; rosas & lilia vincit.
Sed formam superat pietas, & candida virtus.
Et pudor, & casta vincit reuerentia fama:
Annue felici cœptis Deus omine tedis.
Quis pie Iane tuum dignè laudare parentem,
Quis decorare potest? hinc usq; ad sidera notum,
Huius enim pietas occult a nescia fraudis,
Quem latet? Illius bonitas, & vita sacrata
Relligionis amans, nullo qua intercidet aeo,

B 2

Quem

Quē fugit? aut summa quis dignā laude negaret?
Ipse, velut segetes aruis, ut vitibus vua,
Marchiaco decori est regno: sic namq; salubri
Consilio prastans, sublimi presidet aula:
Illiū ut Musa si facta sonare negārint,
Si Phœbus, volucres, rupesq; & inhospita saxa,
Carmine magnificas cogantur dicere laudes.
Annue felici cæptis Deus omne tedis.

Quis Martha patrem digno celebrabit honore:
Quis vel auos at auosq; simul, virtute celebres?
Huic dum vita fuit, solidaq; in corpore vires,
Astitit alma fides, fraudisq; ignara dolosa,
Atq; adeò in cunctis verax constantia rebus.
Ille salutiferum solitus defendere verbum
Tanquam petra fuit: felix studijsq; patronus
Exitit: hinc tandem Christi meritoq; sacrisq;
Vulneribus nitens, placide expirauit, & inter
Nunc Superos viuens, vultu & sermone parentis
Perfruitur summi, curis morbisq; solutus:
Annue felici cæptis Deus omne tedis.

Nec tamen hic matrem, quæ te pie lane secundo
Extulit in lucem partu, non carmina dicent.

Huic

Huic pietate prior nulla est, non prouida defit
Cura domus, virtus, & casti cura pudoris,
Illi est ingenium, & sexu prudentia maior.
Pauca sed apta loqui, nullum contemnere, luxum
Odisse assueuit, pietas gemmisq; lacernas.
Annue felici captis Deus omine tedis.

Nec Martha genetrix nobis indicta relinqui
Debet: Namq; illi in columnis dum vita manebat,
In primis studiosa Dei, studiosa mariti,
Sedula, praelata formatrix commoda proliis,
Exitit: atq; hilaris grauiter, blandeq; severa,
Virtutum specimen, magni non amula fastus,
Non percontatrix, in cunctos comis egenos,
In morbis patiens, & votis dedit a Christo.
Annue felici captis Deus omine tedis.

Fortunati ambo natiq; fauentibus astris,
Et vinclis iuncti genialibus omne dextro.
En-vestris Phœbus discussa nube serenus
Arridet thalamis: cesserunt aethere nymbi,
Et molles spirant ventis ridentibus aura.
Quid dicam: vestro nunc tandem mitis honori
Indulget natura parens: circumspice quofo,

B. 3

Vt

*Vt paſſim reuirescat humus bene olentibus herbis,
Et noua formatis decoretur frondibus arbos,
Verq; ſtet egregium, cinctum florente corona.
Annue felici captis Deus omine tedis.*

*Sed labore exiguis Phœbo nūc reſt at: & hinc vos
Noctifer ad thalamum iubet Hesperus ire iugale,
Ite bonis aubus, nec vos mora longa retardet.
Latati signis, ſponsi ominiibusq; beatis:
Sponſe tuam toto flagrans complectere Martham
Pectore, ceu poſcit pietas & mutuus ardor.
Hanc tibi conſortem ſupremi munere Patris
Conceſſam ſtatuaſ, hanc dia copula legis,
Et genus eximium iunxit, formaq; venuſtas.
Illiſ bic praſens ſi cerneret ora Lacanam
Redderet Atrida Paris: hanc Saturnius ipſi
Præferret Leda: Schoeneida pramia cursus
Sperneret Hippomenes: Daphnen Latonia proles.
Annue felici captis Deus omine tedis.*

*Vlinus ut arescit, diri quam fulminis olim
Iuppiter afflauit ventis, & contigit igni:
Nec vites ultra, teneras non amplius vuas
Educat: At Latij ſera ni Iouis ira fuifet,*

Curuaret

Curuaret granidos, Autumni tempore, ramos:
Innuba sic vita cum calibe virgo senescit,
Virgineum perdit iuvenili in corpore florem:
Ast desponsa viro lecti ceu pignora natos
Spectat, & optato genetricis nomine gaudet,
Progeniem numerans, cuius praelata nepotes
Facta, & post aliquot lati mirentur aristas.
Ergo Martha tui, sponsa optatissima, sponsi
Ne fuge, quem pietas sanctissima mouit, amore.
Eius & imperio pare, cupideq; rogatis
Obsequere: His etenim non velle resistere rectū est.

Deniq; ceu gleba felici gramina crescunt,
Floribus atq; virent horti, ceu fructibus arbor,
Arboribus sylva, grauidis vinetaracemis,
Et graciles vuis vites: sic crescite natis,
Crescite, nec generis splendorem linquite vestri.
Cetera Dij vobis dederint in vota vocati.
Annue felici captis Deus omne tedis.

Sic Musa iusso perfuncta munere, partes
Officij impleuere sui: mox poplite flexo
Egressa liquere domos, & splendida tecta,
Ipsaq; latisono mulserunt athera plausu.

Nec

Nec mora Calliope me chartis illa notare
Ac Sobrino tibi subito transmittere iussit.
Si placet, hac facili cognoscas carmina vultu,
Neue animo spernas que sunt data munera amico.
Hoc Musaq̄ petunt, Musisq̄ adiunctus Apollo,
Hoc decet Aonidum, & culta virtutis alumnus.

F I N I S.



VDIG ✓
PICA



35

ORNATISS. GE
NERIS SPLENDORE
VIRTUTIS ATQVE ERUDITIO.
nis laude conspicuo Iuueni IOHANNI Coro iuniori,
confobrino suo carissimo : Sponso :

ET

LECTISSIMAE VIRGINI
MARTHAE,
Czochij, Illustriss.
& Academiæ
digniss. r

Grat
GEORGIVS



Fr
Excudebat And

